



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1709. usque ad annum 1714

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1782**

**VD18 90119266**

§. 8. Turnonii Cardinalis responsum ad Pontificis literas.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67615](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67615)

Sæc. XVIII. „doceri curabimus, ut quod usque-  
 A. C. 1709. „quaque æquum fuerit, decernere va-  
 „leamus. Interea pro explorato habe-  
 „mus, id minime impedimento futurum,  
 „quo minus Majestas tua insitum sibi  
 „eximium, avitumque Divini honoris,  
 „& Orthodoxæ Religionis Zelum hac  
 „etiam occasione luculenter explicet,  
 „testatumque omnibus palam faciat  
 „fidei causam reliquis humanis ratio-  
 „nibus quibuscunque sibi longe potio-  
 „rem esse, & antiquiorem.„

## §. VIII.

*Turnonii Cardinalis responsum ad  
 Pontificis epistolam.*

*Relat. mort.  
 Turnon.  
 pag. 15.*

Interim Turnonius Cardinalis literas a  
 Papa receperat, in quibus illum ad  
 tolerandas generoso, constantique ani-  
 mo pro Dei causa quascunque ærum-  
 nas hortatus, de concessa Purpura cer-  
 tiorem reddiderat: ad has igitur lite-  
 ras Cardinalis die trigesima Novembris  
 hoc anno rescribens, palam profiteba-  
 tur, se nullatenus velle Apostolicæ Mis-  
 sionis deserere ministerium, *cum modico,*  
 inter alia scripserat Cardinalis, *constan-*  
*tice & patientiæ conatu tandem triumphabunt de suis inimicis ratio, veritas, disci-*  
*plina, & Ecclesiæ ac Dei & tam multa-*  
*rum causa animarum; quæ motiva non*  
*minusa*

minus, quam experimentum clementissimæ Sæc. XVIII.  
 compassionis, qua vestra me dignatur Beati- A. C. 1709.  
 tudo, faciunt, ut audeam, cum humilli-  
 ma mei resignatione, tenues animi mei sen-  
 sus repræsentare, quod si igitur Purpura,  
 qua Sanctitas vestra sibi complacuit me ho-  
 norare, obstaculo foret, quo minus unice  
 intentum consequar, aut Apostolicum istud  
 ministerium promoveatur, & ex consequenti  
 Pontificium suum servitium, his, eidem  
 plena mentis deliberatione renuntio ad san-  
 ctissimos pedes mei benefactoris, scum pro-  
 fundissima reverentia Beatitudini vestræ sus-  
 plex, ut pro absolutissimo beneplacito suo de  
 ea disponat, unice reflectendo in suis deter-  
 minationibus ad suæ Cathedræ Apostolicæ  
 emolumentum, meæ vero causæ curam di-  
 mittendo, nisi quod eam Altissimo retribu-  
 tori commendare, & paterna benedictione  
 sua promovere non dedignetur.

§. IX.

*Clementis XI. Pontificis literæ ad Lu-*  
*sitanicæ Regem.*

Tandem die tertia Martii hujus anni  
 Romam pervenerant literæ, in qui-  
 bus Turnonius Cardinalis, se ante bien-  
 nium ad Macaonensem Civitatem exu-  
 lare jussum atroces injurias a Lusitanis  
 perpeti, apud Pontificem querebatur:  
 inde vero Pontifex summo animi mæ-

*Epistol.*  
*Clem. XI.*  
*pag. 539.*